

31.

DISSERTATIO GRADUALIS  
De  
**OBLIGATIONE**  
**ACQVIRENDI**  
**COGNITIONEM PHI-**  
**LOSOPHICAM**

Qvam,  
*DIVINA ADSISTENTE GRATIA,*  
et suffragante ampliss. Collegio Philosophico  
in celebri ad Auram Academias,

Sub MODERAMINE  
*VIRI CL.*

Mag. ALGOTHI A.  
SCARIN,

Philos. Mor. & Hist. Prof. Reg. h. t.  
Dec spectab.

Mæcenatis lui optimi,  
publico examini modeste submittit

JACOBUS HEINRICIUS

*WIBURGENSIS*

die 8. Julii An. MDCCXXXV.  
loco horisqve consuetis.

---

ABOÆ, exc. Joh. Kiämpe, R. Ac. Typ.

СЛОВАРЬ СЛУЖЕБНЫХ

СЛОВОВЪ СЛУЖЕБНОГО

СЛОВАРЬ СЛУЖЕБНОГО  
СЛОВА

§. I.

**P**rincipium rationis suffici-  
entis hæc audit propositio:  
Ea, qvæ sunt vel fiunt sua  
non destituuntur ratione,  
cur sint vel fiant.

§. II.

**R**atio sufficiens dicitur id, ex  
qvo alterius existentia vel  
determinatus existendi modus in-  
telligi potest. Unde principium  
rationis sufficientis in hanc æqui-  
pollentem resolvitur: Si aliqvid es-  
se ponitur, ponendum est aliqvid,  
unde intelligitur, cur idem potius  
sit qvam non sit, hoc potius modo  
qvam alio.

§. III.

**L**Ujus principii tanta est evidētia, ut illius veritatem nemo in dubium vocare queat. Qvis enim affirmare ausit, qvod ex nihilo ratio reddi, aut intelligibili modo non explicari queat, cur e. g. aqua igni apposita ebulliat, Caius Sempronii verbis ad iram provocetur & sic porro. Qvod si vero in casu quovis singulari nemo admiserit aliquid fieri, cuius actualitas destituatur ratione sufficienti; idem quoque esse universaliter verum fateri debet, qui non aperte impingere velit in principium contradictionis & leges ratiocinandi communissimas.

§. IV.

**N**ihil eorum, quae in systemate hoc mundano continentur, datur, qvod non ad simultaneorum & successivorum classem revocari queat. Qvod si vero levia atten-

attentione utamur, facile vi prin-  
cipii rationis sufficientis intelligi-  
mus, qvod in rebus coëxistenti-  
bus ratio semper adsit, cur u-  
numqvodque eorum cum ceteris  
simul existat & hoc potius quam  
alio ordine iisdem coëxistat. Eo-  
dem modo patet, si successionem  
rerum species, rationem in serie  
successivorum semper dari, cur  
singula, qvæ in eadem continen-  
tur, hoc potius ordine, quam alio  
se mutuo subseqvantur. Hæc re-  
rum a se invicem dependentia,  
aut si mavis, mutua relatio, vi cu-  
jus unius actualitas per alias si-  
multaneas & successivas promo-  
vetur, *nexus Philosophis moder-  
nis dici sivevit.*

### §. V.

**N**Uda cognitio eorum, qvæ in  
mundo materiali vel substanciis spiritualibus sunt & contingunt,  
Historica dicitur: Cognitio vero  
ratio-

rationis eorum, qvæ sunt vel esse possunt, Philosophica audit, & qui eadem pollet, Philosophus salutatur.

### §. VI.

**P**Atet adeo, qvænam sit differentia inter eum, qui philosophicam possidet cognitionem & qui eadem destituitur. Hujus notitia, si qvæ ipsi adtuerit, terminatur in iis, qvæ esse vel fieri ad perceptiones suas attentus observat; illius vero longè ulterius se extendit. Philosophus enim nexus rerum contemplatur, inquirendo in rationes veras atque genuinas eorum, qvæ sunt vel esse possunt. Unde simul constat majorem esse Philosophum, qui plurium rerum nexus, quam qui pauciorum intueri valet. Evidentissima igitur nobis adsunt criteria, quibus & cognosci & a se invicem distingui possint, qui vere

7

vere h. e. re ipsa philosophan-  
tur. \*

### §. VII.

**N**emo est, qui non ultro fateri  
debeat, ignorantiam inter  
imperfectiones mentis esse refe-  
rendam. Unde sua sponte con-  
seqvitur cognitionem rerum,  
quæ eidem opponitur, mentis.  
nostræ arguere perfectionem:  
conseqventer intellectum nostrum  
esse perfectiorem, si notionibus

re-

(\*) Notandum vero, eum Philo-  
phi titulo minus dignum esse, qui al-  
terius fide sumit effectum quendam da-  
tum, mediante bac vel ista ratione  
fuisse productum, nisi simul dijudica-  
re valeat, utrum ratio, quam pro-  
fert alter, veritati sit consentanea  
nec ne. Novit enim hanc rationem  
allegari ab altero, utut asserti veri-  
tatem ipse non pervideat, adeoque nu-  
da duntaxat cognitione historica far-  
cti alterius gaudet.

rerum aliis atqve aliis fuerit imbutus, qvam siisdem destituatur.

§. VIII.

**O**niam lege naturali obligati sumus nostram, quantum in nobis est, promovere perfectionem; nostra vero perfectio eo magis comparatur, qvo maiorem intellectus noster adipiscitur perfectionis gradum; intellectus autem perfectior est si cognitione rerum fuerit imbutus, qvam si eadem destituatur (§. 7.); seqvitur, si legi naturæ obtemperare velimus, nostrum esse, ut omnem cognitionem, qvæ a nobis obtineri potest, consequenter & philosophicam nobis comprehendemus.

§ IX.

**S**ufficienter, credo, dicta ad evincendam obligationem illam, cuius gratia hæc a nobis instituta est tractatio. Ut vero eadem clarius adhuc patescat & sua

sua quasi luce animos eorum percellat, qui argumento huic generali, quod de omni cognitione, quocunq; demum nomine veniat, valet, difficulter cedere volunt, placet insuper speciales in medium afferre rationes, quæ insignem cognitionis philosophicæ, præ historica, prærogativam satis superque loqvuntur.

### §. X.

**Q**uoniam nihil datur sine ratione sufficienti, cur potius sit quam non sit (§. 3.); hinc quicquid de ente aliquo prædatur, id sub certa ratione & positis quibusdam conditionibus eidem convenit. Enimvero si cognitio tua fuerit non nisi historica, ad rationem istam non attendis (§. 5.), conseqenter fieri potest, ut enti obvio quidpiam tribuas, absente ista conditione, sub qua eidem tribuendum. Philosophi vero cum

sit

sit scire, qvare aliquid sit vel fia  
(§. 5.); hinc qvoqve cognoscit,  
qvibus conditionibus huic vel illi  
subiecto, hoc vel illud competit  
prædicatum. adeoqve in casibus  
vitæ humanæ eidem non tribuit,  
nisi ubi conditionē istam præsen-  
tem esse intellexerit. (\*) Qvoni-  
am igitur in applicatione cogni-  
tionis historicæ sæpe aberramus,  
in casu vero opposito non item;  
cognitio philosophica in negotiis  
vitæ humanæ certiorem successū  
pollicetur qvam historica.

## §. XI.

(\*) E. g. Misericordiam miseri sangi-  
mur, cognita ejus miseria. Ignorata ra-  
tione, adeoque cognitione philosophi-  
ca deficiente, miseri sibi persuadent,  
se alios ad misericordiam permoturos,  
sola miserie expositione. Quod si de-  
re quis philosophica cognitione fuerit  
instructus, is novit, misericordia non  
esse locum, nisi ubi amor miseri ade-  
fuerit. Wolf. disc. præl. §. 41.

## §. XI.

**Q**orum philosophica nobis est cognitio, ea ad plures quoque casus in vita humana occurrentes læpe applicari possunt, quam ubi eorumdem non nisi historicam habemus. Ubi enim ratio ejus, quod de ente quodam singulari prædicatur, in notione speciei reperitur: vel quod speciei competit, notioni generis inest, idem quoque in priori casu de tota specie: in posteriori de toto genere affirmari debet. Quod si vero ratio istius prædicti, quod uni subiecto vel rebus ad unam speciem pertinentibus convenit, in notione speciei vel generis contineatur, idem quoque ad ceteras res sub eadem specie vel eodem genere comprehensas Philosophus applicare potest. Historica vero cognitio ne instructus cum rationes rerum non perspiciat; hinc quod de

de uno individuo vel certa quādam specie cognovit, idem sine periculo errandi admittere nequit de aliis rebus ad eandem speciem vel ad idem genus pertinentibus. Cognitione igitur historicā contentus ad casum speciem restringit, quae philosophus ad plures obvios extendere valet.

## §. XII.

**U**Nde simul patet, Philosophus plures de diversis individuis & speciebus propositiones ad unicam reducere posse, si rationem ejus prædicati, quod iisdem competit, in casu priori notioni speciei: in posteriori vero notio generis inesse animadvertis. Casuum igitur particularium multitudine non obruitur, quae ob plurimas circumstantias difficeretur memoriae mandantur & difficilius adhuc retinentur.

## XIII.

## XIII.

Cognitionem philosophicam tantâ voluptate animum pertundere, quantam naturaliter haud facile aliunde exspectare licet, agnovere illi, qvibus eandem in semetipsis experiri contigit. Testantur hoc de se viri illustres Ehrenf. Walther, de Tschirnhausen (\*) & Chr. Wolffius (\*\*) qvibus Philosophi nomen nemo, ut puto, denegabit. Nec desunt alii testes ejusdem voluptatis participes facti: sit ita qvod non qvivis ejusdem experimentum in semetipso capere queat. Ut vero res eo clarior evadat, idem quoque ex principiis qvibusdam psychologicis demonstrare conabimur.

## §. XIV.

(\*) In Medicina Mentis part. I. p. 7. (\*\*) In Horis subsec. A. 1729. Trim. est. num. I.

## §. XIV.

**C**ognitionem philosophicam perfectionem mentis loqui, aut si mavis, perfectiorem esse intellectum, si rerum rationes perspiciat, quam si easdem ignoret, ex §. 7. constare arbitror. Qui igitur ejusdem tamquam sibi inexistentis conscientius est, perfectionem intellectus sui, quam possidet, simul intuetur. Ubi igitur animus in hoc statu, voluptate justa perfunditur, nihil profecto accidit, nisi quod naturæ mentis humanæ conveniens comprehenditur. Voluptatem enim oriri, dum rem contemplati perfectionem ejus intuemur, dudum agnovit Cartesius, & idem quoque obvia confirmat experientia.\*

## §. XV.

**N**ec mirum esse debet, quod voluptas ex cognitione philosophico-

(\*) Wolf. Psych. Emp. §. 512.

Iosophica orta prævaleat eidem,  
 qvæ ex historica percipitur,  
 cum ratio adsit manifesta cur præ-  
 valere debeat. Nimirum ex eo,  
 qvod difficultatem experiamur in  
 cognoscendis rerum rationibus;  
 cum nudam factorum notitiam  
 facilius nobis comparaverimus,  
 colligimus majorē mētis seu fa-  
 cultatis cognoscitivæ perfectionē  
 reqviri ad rerum philosophicam  
 qvam historicam cognitionem.  
 Ubi igitur superatis difficultatibus  
 eandem consequuti sumus, eām  
 nobis perfectionem adesse persva-  
 sissimi sumus. Qvare cum gradus  
 voluptatis respondeant magnitu-  
 dini perfectionis, cuius qvis sibi  
 conscient est, (\*) qvid mirum est  
 si cognitio philosophica magis de-  
 lectet qvamistica? Imo in  
 genere verum est, qvod cognitu  
 difficilia, perinde atqve cetera  
     ardu-

(\*) Wolf. Psych. Emp. §. 516.

ardua vitæ hujus exantlata fortiter, majorem pariant voluptatem animo repræsentara, qvam qvæ facilia fuerint, adeoque multo si-ne labore constiterint. (4)

### §. XVI.

**I**ntenditur porro voluptas Philosophi, ubi mentis aciem in eos convertit, qui utut factorum notitiam sibi comparare valeant, in pervestigandis tamen eorumdem rationibus frustra laborant. Etenim hoc pacto suam potentiam ad aliorum impotentiam referens, quo magis elucescit vi legis *oppositi*, illa qvæ sibi adest, potentia, tanto perfectionis lux quoqve ( modo non cruda & intempestiva perfectionis præsumtio illa fuerit:) magis magisqe conscientius esse incipit. plus certe qvam si illa comparatio nunquam instituta fuerit. Hoc igitur in calu voluptatem augeri & ad majorem eve-

(4) Epictet. encbirid. paraph. c. 49.

evahi gradum manifestum est.  
§ XVII.

**H**Uic vero voluptati, qvæ ex ipsa cognoscētis perfectio-  
ne oritur, superaccedit altera, qvæ perfectione objecti, a qvoquam intuetur Philosophus, ena-  
scitur. Inest enim *rei* perfectio, qvatenus singula, qvæ eidem in-  
sunt, per rationes qvasdam gene-  
rales determinatur. Unde intelli-  
gi potest, cur singulæ partes, si  
nimirum corpus fuerit, tales po-  
tius sint, qvam aliæ, & cur hoc po-  
tius qvam alio modo inter se con-  
nectantur. (\*) Qvi igitur ratio-

B nes

(\*) Exemplo nobis sit oculus, qui  
per structuram suam aptus est ad lu-  
men a corporibus in eum illapsum, ita  
refringendum, ut ejus imago in fun-  
do clare ac distincte delineetur. Ha-  
bemus adeo rationem generalem, unde  
ratio reddi potest singularum parti-  
um, cur tales sint. Et cur tali mo-

nes istas perspicit, is qvoqve perfectionem rei simul intuetur. Quare cum ex intuitu perfectionis nascatur voluptas (§. 14); animus philosophi voluptate perfundi debet, ubi in rationes istas attentio- nem suam dirigit.

§. XVIII.

**M**Ultiplex adeo voluptas ex cognitione sua in philosophum redundant, qvibus coniunctis exturgit voluptas qvædam composita in simplices illas, ex qvibus constat, resolubilis. Est qvoqve illa voluptas vera, cum perfectiones non imaginarias & apparentes, sed veras atqve reales supponat; est denique constans, aut si mavis, durabilis, adeo ut nunquam in tedium degenerare possit.

§. XXI.

*do inter se jungantur: quemadmodum tum in Optica, tum in Physica docetur. Atque inde oculi perfectio colligitur.*  
*vid. cel. Wulfii Cosmologia lat. §. 535:*

§. XXI.

**S**tatus, quo voluptas vera perdurat, felicitas dicitur. Quælibet igitur voluptas vera felicitatis nostræ partem constituit, aut si mavis, ejusdem nos participes reddit.

§. XX.

**Q**uoniam igitur cognitio philosophica suis possessoribus multipliceem voluptatem largitur, eandemque veram & minime transitoriam (§. 18.); eadem utique ad obtainendam felicitatem, quam omnes tantopere anhelamus, haud parum confert.

§. XXI.

**C**ognitio philosophica ad plures casus in vita humana obvios se extendit, certiorique successu ad eosdem applicari potest, quam historica (§. 10. 11.): ejus denique felicitatis nos compotes reddit, quam ab hac expectare non licet.

licet. Qyoniam vero Lex naturæ ejusdemq; auctor DEUS vult, ut felicitatem nostram, qvanticum in nobis est, promoteamus & cognitionem eam præferamus semper, qvæ majorem sui usum & successum feliciorem in negotiis vitæ humanæ pollicetur; hinc nova denuo ratiōe patet obstrictos nos esse, ut in cognitione historica non subsistamus, sed ad philosophicam: non illam, qvæ scholæ solum, sed vitæ magis conformata fuerit, progrediamur.

## S. XXII.

**N**Eminem vero esse existimo, qvi imbecillitatem rationis humanæ prætendens, afferere auit, cognitionem philosophicam esse ex eorum numero, qvæ plane obtineri non possint. conseqenter nos in eadem acqvirenda frustra deludare. Tanta quidem est rerum varietas tamq; insig-

gnis numerus, ut licet qvis omnes ingenii nervos intendat, rationes tamen omnium, qvæ sunt vel esse possunt, perscrutari minime possit. Hoc enim repugnare intellectui limitato, qvivis perse videt. Verum enim vero ut ut humanam transcendat sortem, omnium rerum tenere scientiam, omnesque novisse rationes: iis tamen instructi sumus facultatibus, ut recto earum usu, ad plurius, qvæ a captu vulgi remotiora sint, cognitionem pertingere valeamus. Neque enim postulamus, ut qvis in omnibus sit philosophus, qvod solius *DEI* esse ex Theologia Nat. satis constat. De limitibus, qvousque homo in cognitione philosophica progredi queat, jam non laboramus. Venendum est in rem præsentem. Domestica unumqvmqve docebit experientia, qvantum cura & in-

industria in hac cognitiōe, de qua  
agimus, proficere valeant.

§. XXIII.

**A**bsit vero, ut qvis sibi persua-  
deat, historicam rerum co-  
gnitionem ideo contemni, qvod  
philosophicam eidem præfera-  
mus. Lubentes enim agnoscim-  
us, multum esse illius usum in  
cognitione philosophica acqui-  
renda eademq; confirmanda. Si  
enim per experientiā stabiliuntur  
ea, ex qvibus aliorum, qvæ sūt  
vel fiunt, ratio reddi potest, co-  
gnitioistica certe philosophicæ  
fundamentum præbet. Confirmat  
qvoq; historicā cognitionē phi-  
losophicam, si qvis per rationem  
aliqid fieri agnovit, factoq; ve  
experimento, idem fieri obser-  
vat. Cognitio igitur historicā  
philosophicæ præmittenda, aut  
certe cum illa constanter conjun-  
genda, ut firmum adsit funda-  
men-

mentum, cui eadem superstruatur, simulque habeatur lapis quasi lydius, quo examinetur veritas a priori eruta.

### § XXIV.

**I**cet igitur cognitio historica merito commendanda sit, ob ejus tamen usum non propterea negligenda est philosophica, quæ maiorem præstat. Unde institutum eorum non probamus, quibus cum nec vires defint ad cognitionem philosophicam obtinendam, eam tamen sibi comparare non student. Qvod si tamen quis habebetiori fueret judicio, quam ut veritatem philosophicam capere valeat, & aliis mediis heic necessariis destituatur, ei non invidebimus, si vel in sola cognitione rerum historica ipse acquiescat. Ingenue enim fatemur, si eadem utatur ad Dei gloriam suamque & alio-

aliorum felicitatem promoven-  
dam, eum non minus officio suo  
satis facere, quam philosophum,  
cui profundius summi conditoris  
opera immari datum. Certi quo-  
que sumus, nos ad eam cognitio-  
nem neque esse obligatos, cuius  
acquisitionem non in nostrarum  
virium mensura repositam voluit  
DEUS O. M. CUI omnis veri bo-  
nique FONTI sit laus & gloria  
SOLI.

